



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 111. Papæ conatus in conciliandis Francorum & Romanorum Regibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sacul. XV. esset corporis habitudo, nec ejusmodi
A.C. 1489. connubium ac foedus Angli suspectum
haberent, hinc potissima Procerum pars
Maximilianum aliis præferendum censem-
bat. Quapropter Rivenarum Marechal-
lus Maximiliano addictissimus ad eum vi-
ros omni fide dignissimos ablegabat, qui
asseverarent, Maximiliano integrum esse,
ad nuptias cum Ducissa Hærede ineun-
das in Britanniam contendere, nec aliud
ab eo exigi, quam ut apparatu tanti
Principis digno instructus compareret:
ergo Nuptiarum pacta cum Ducissa eri-
guntur. Verum Imperator avaritia ca-
ptus filio suo omne pecuniarum subsidi-
um denegavit, ac insuper, ne ullis sum-
ptibus succumberet, haud concessit, ut
Maximilianus mox ipsus in Britanniam
pergeret, sed duntaxat cum aliis Legati
Oratorem misit Wolfgangum de Bol-
heim, qui Regis Romanorum nomine
cum Britanniæ Ducissa nuptias contra-
xit. Tota res tam religioso agebatur si-
lentio, ut ne ipsa quidem Borbonii Du-
cissa ejus notitiam acceperit.

§. CXI.

*Papæ conatus in conciliandis Franco-
rum & Romanorum Regibus.*

Vialard. in
vita Innoc.
VIII.

Sub idem ferme tempus, conciliatore
Innocentio Papa, Maximilianus pa-
cem

VI.
 modi
 etum
 pars
 ene-
 esca-
 m vi-
 , qui
 elle,
 eun-
 aliud
 tanti
 eret:
 a eri-
 a ca-
 bсиди-
 sum-
 , ut
 iam
 Lega-
 Bol-
 mine
 ntra-
 ur si-
 Du-
 inco-
 atore
 s pa-
 cem
 cem cum Galliarum Rege sanxit; cum Sæcul. XV.
 enim summus Pontifex probe intellige- A.C. 1489.
 ret, quod ingens ille armorum appara-
 tus nonnisi apertum inter utrumque Re-
 gem bellum præfigiret, totaque belli mo-
 les, calamitasque Flandris demum im-
 penderet, omnem adhibuit prudentiam
 in delectu mediorum, quibus tam grave
 malum ab eorum cervicibus averteret.
 Quapropter Nuntios suos vehementer sti-
 mulabat, ut pacis atque unionis consi-
 lia suggererent cunctis Principibus, qui
 foederum necessitate compulsi horum al-
 terutri arma inferre parabant. Piis Pa-
 pæ conatibus eventus omni expectatio-
 ne major adspirabat; quippe S. R. I. Ele-
 tores Francofordiæ in Comitiis congre-
 gati cum Nuntiis Pontificis communi
 consilio rem aggrediuntur, & Comes
 Nassovius, ceterique Principum Legati
 præsente Maximiliano post crebras con-
 sultationes tandem pacis conventa eri-
 gunt, quatuor maximi momenti articu-
 lis concepta. I. Reddatur Romanorum
 Regi Burgundiæ Ducatus unacum Ca-
 rolesii Comitatu. II. Eidem Flandri tan-
 quam subditi obsequium præstent. III.
 Restituantur Britanniæ Ducissæ hacte-
 nus ablata IV. Libertati afferatur Au-
 reliæ Dux apud Biturices captivus.

§. CXII.